

Thomas Lindemann


Programma In Parentationem Illustrissimae Et Celsissimae Principis ... Dn. Margaretae Elisabethae Ducis Megapolitanae ... Dominae Dnae. Matris ... : Anno 1584. 5. Idib. Iulii ex Regio stemmate natae, Anno 1608. 7 Idib. Octob. ... Joanni Alberto Duci Megapolitano ... nuptae. 17 Calend. Decemb. Anno exacto 1616. pie denatae: & crastino die qui erit 5 idus Ianuarii terrae matri reddendae P. P.

Rostochii: Pedanus, 1617

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn729967689>

Druck Freier  Zugang





k
1618.

Mk-1618. ~~Mk-1607.~~



Mh. 1015

PROGRAMMA
IN PARENTATIONEM

ILLVSTRISSIMÆ ET CEL-
SISSIMÆ PRINCIPIS AC DNÆ.



DN. MARGARETÆ
ELISABETHÆ

DU CIS MEGAPOLITANÆ, PRINCIPIS
VETUSTÆ GENTIS HENETÆ, COMITIS SUE-
RINENSIS, TERRARUM ROSTOCHII ET STARGARD
DOMINÆ DNÆ. MATRIS CUM TOTIUS PRO-
VINCIAE TUM ACADEMIÆ HUIUS
CLEMENTISSIMÆ:

Anno 1584. 5. Idib. July ex Regio stemmate
data, Anno 1608. 7 Idib. Octob. Illustrissimo Principi JOANNI
ALBERTO Duci Megapolitano &c. Domino patri & patrono Academiæ
Clementissimo, nuptæ. 17 Calend. Decemb. Anno exæto 1616. piæ de-
nata: & crastino die qui erit 5 idus Ianuarij ter-
tæ matri reddendæ P. P.


RECTORE

THOMA LINDEMANNO
JURIS DOCTORE ET PROFESSORE.



ROSTOCHII

Typis JOACHIMI PEDANI, Acad. Typog.
ANNO M. DC. XVII.



RECTOR
ACADEMIÆ RO-
STOCHIENSIS

THOMAS
LINDEMAN

J. D. & Professor.



Uspicium novi anni, quod
tam Romanorum quàm Christia-
norum moribus mutuis cōpreca-
tionibus votis & strenis lætum, sa-
crum festumq; esse solet, luctuo-
sum pro dolor, lugubre fusca &
pulla mœroris publici nube fu-
nestum, & ominosū esse cernimus
& experimur. - Vota pia & gra-

ta J E H O V E patri æterno. pro filio nobis salvatore dato
dum exsolvimus, patri patriæ nostro Celsissimo ac Illu-
strissimo Principi ac Dn. Dn. JOANNI ALBERTO Duci Me-
gapolitano, vetustæ gentis Henetæ Principi, Comiti Sue-
rinensi, Terrarum Rostochij & Stargardiæ Dynastæ, Do-
mino nostro clementissimo, toti provinciæ ejusq; decori

ac

ANNO M. DC. XVII.

ac oculo Academiæ de filio, de principe conservatore,
felicissimo pridem nato, dum ovationes & congratulationes
panegyricas & mente destinamus & voce exprimere
intendimus, ecce ad lamentationes, nœnias, suspiria, plan-
ctus, gemitusq; abripimur, lachrimis non programmata
tantum, sed & palatia, templa, curias, aulas asperginus, pu-
blico luctui nostrum mœrorem merito conjungimus.
Occidit enim heu Illustrissima Domina, Domina MARGARETA
ELISABETHA Ducissa Megapolitana, vetustæ gentis Henetæ Princeps, comes Suerinensis Terra-
rum Rostochij & Stargardiæ Domina, Domina Mater &
nutritia nostra clementissima, Diva Princeps, in quam
quicquid in Heroïnâ virtutis cadere humanitus potuit,
assatum & velut ex Amaltheæ cornu copiosè DEUS con-
tulerat. Hujus itaq; matris nostræ obitum nisi lugere-
mus, hac nos orbatos ni doleremus & mœrorem nostrum
publico parentationis testimonio testâremur: detestan-
dæ ingrætitudinis suspicionem haud effugeremus. In
honorem Opis Saturni conjugis, subditis benignæ & cle-
mentis, templa ædificata esse poetæ fingunt. Romani Opis
hvis Divæ vel solam imaginem tanti fecerunt, ut eam in se-
cundo bello Punico à Rege Pergami petitam ac obtentam
solemni pompa Romam ducerent eiq; fanum sacrent.
Filiam huius Deæ Opis Junonem Jovis conjugem, cum
ob divinas animi dotes tum mirabiles maritum, humano
generi subinde irascentem & indignantem, placandi artes
Samij, Carthaginenses & tandem etiam Romani, divino
cultu profecuti sunt. Idem Romanos non tantum, sed & A-
viones Varnos Suardones, (quos hæcce Varni littora,
accoluisse verissimile est) Vestæ Deorum matri, quam
Hertam appellabant, quotannis sacra fecisse ijsq; primi-
tias frugum aliaq; donaria gratæ mentis indicia obtulisse.

hæc nõ fratribus Castori & Polluci Dijs propicijs vota de-
stinasse, & omnium bene de patria meritõrũ laudes cantio-
nibus comprehensas subinde repetitas posteritati com-
mendasse Tacitus refert. Lacedæmonij patriæ defensores
nutritios, non vivos tantum coluerunt sed & mortuos o-
liva cinctos purpura amictos, gloriosè & pomposè se-
pulchris mandarunt, eorumq; præclara facinora condig-
nis encomijs exornarunt. Ægyptij piè defunctorum
Manibus parentantes tumulum osculis, corollis
floribus, amarantho, apio, alijsq; mille modis honorarunt
condecorarunt. Delphi Pyrrho contra Gallorum impe-
tum defensori perpetuam parentationem decreverunt.
Festus refert apud Romanos heredem iusta solvere negli-
gentem graviter fuisse mulctatum, ejus sanctionis Cice-
ro 2. de legibus iustã piã & penè Christianã rationẽ addu-
cit: ideo nimirũ ferias moriuorum celebrandas Romanos
statuisse, quod bonos ex hac vita migrantes in Deorũ nu-
merũ transferri crederent. Unde funebres & Natalitias He-
roum ferias non immerito, Festo teste, pari jure censue-
runt. Musæ imprimis utpote Gratiarum sorores patro-
nis & nutritijs suis vivis juxta ac mortuis, iusta debita
gratæ mentis thura, exsolvere semper annisæ sunt. Hæ
Herculi Musagetæ & potentissimo defensori, Centaurorũ,
Draconum, Stymphalidum, Geryonum aliorumq;
monstrorum novenam cohortem infestantium, domitori,
laudes indefinenter cecinisse eumq; inter sydera collocas-
se accepimus. Easdem Achillem Trojanum Ducem mor-
tuum ad tumulum pompa solenni comitatas ejusdemq;
matrem consolatas esse, Homerus scriptum reliquit. Si
vero Gentiles hi tantopere gratæ mentis monumenta
bene de se meritis, extare voluerunt: alieni ab omnibus
Gratijs simus nisi & nos Divam MARGARITAM EMI-

S A B E

SABETHAM, matrem nostram, quam vivam suspeximus,
mortuam nunc, quibus possumus honoribus prosequi, &
Illustrissimo Marito Principi ac Domino nostro clemen-
tissimo dolorem acerbum, humili compassionis testimo-
nio lenire non anniteremur. Fuit enim pie defuncta,
Domina MARGARITA Heroïna sanctissima Regio ma-
terno quidem Suecico, paterno Germano ab Obetritarum
& Vandalorum Regum stemmate ortum ducente, creta,
sanguine, qui in sanctissima hac Principe ab incunabulis
crevit, cum ætate succrevit, & Illustrissimo suo marito
eodem sanguine paterno Regio creto, concrevit, & edi-
tis illustribus quatuor propaginibus excrevit: quas Jehova
ut olearum ad instar fecundet, secundet, oleastros obre-
pere cogitantes, avertat, sarmenta præcidat & palmites
Regiæ hujus Megapolitanæ profapiæ, usq; ad mundi hu-
jus decrescantis canescentis & propè nutantis extremam
senectam, florentes conservet, sospitet, & æviternum super-
stiter. Diva hæc MARGARITA *Ἐλευθερία ἡ ἀγαθή*
pietatis, modestiæ, humilitatis, constantiæ, concordiæ, o-
mniumq; adeo virtutum Heroïnam & Divam Principem
decorantium speculum dici meretur. Pietatem namq;
(ad omnia quam Paulus ait utilem) materno cum lacte,
Regio suctâ, liberis illustribus instillare à teneris unguicu-
lis fategit, eisq; prima religionis principia propria manu,
exemplo raro, præscripsit. Helenæ Constantini matris;
& Placillæ Theodosij conjugis, imò Saræ vel Rebeckæ,
eam æmulam merito quis dixerit. Castitate Faunam Re-
gis Aboriginum, nullius præter viri aspectu latentem,
& Biliam Duellij conjugem spiritu & halitu virili præter-
quam maritali nunquam afflatam repræsentavit.


Amore conjugali nec Artemisiæ, nec Hyparchiæ, nec
Porciæ, nec Sulpitiæ, nec Corneliæ cessit. Concordia

dia conjugali Terentiam Abbutij & Enniam Publici Rubrij Celeris, Sulpitiam Caleni conjuges ad æquavit, quæ maritis suis encomium felicitatis vel exinde acquisiverunt, quod toto matrimonij tempore nec leve quidem, ut J Cui verbis utamur, fribusculum turbarat amorem.

Ornatu externo Corneliam & Philonis conjugem imitata est. Hæ enim decus & coroaam optimam esse duxerunt, virtute & gloria mariti splendere: ab omni fastu, fuce pigmentis cerussis abhorruit: bisino sanctitatis, purpura pudicitia serico pietatis, amicta, matronis omnibus Regio exemplo præluxit: insuper & hoc nomine deprædicanda, quod *πολεμικῶν* odio habuerit, res judicarias Principi & consiliarijs commiserit, & Catonis præcepto se conformarit: qui in oratione sua de fæminis vult, fæminas leges quæ rogentur vel abrogentur nescire oportere. Quid enim ambitio & curiositas muliebris, imperijs & regnis periculi sæpè creatint: matris Papirij prætextati, item Athaliae, Eudoxia & Furiarum quartæ MARGARITÆ illius famosæ, aliarum infelicium imperatricum exempla demonstrant. Pia tamen & benigna intercessione quos potuit, quosq; licuit, apud maritum Illustrissimum juvit, ut merito conferri possit cum Cleopatra non Ægyptiaca illa luxuriosa, sed Meleagri Curetum Ducis conjugæ, quæ maritum plane inexorabilem ad subditis auxilium ferendum suavi alloquio & amoris conjugalis affectu flexit & permovit. Felix & e nomine quod maritum non tantum illustrissimum sed & provinciam hanc totam bina prole mascula, bina itidē fæminea bearit. Vere enim Erasimus in Christiani matris institutione scribit: Quum uxor parit & maritus gignit, uterq; alteri dat obsidem in quo spiret, uterq; veluti duobus in unum conflatis conjunctim vivat, nec


nec distrahi velint propter insitam ^{segriv} nec possint
propter possessionem individuan. Dura itaq; quin
hæc separatio Marito Illustrissimo accidat, nemo nisi æs
circa pectus triplex habeat, ignorare potest. Dolor
enim eo acrior & acerbior est; quo amor fuit vehemen-
tior. Ast Diva & Augusta hæc ut vitam piè egit, ita
eandem sanctè clausit. Febri namq; correpta, eaq; in-
hecticam degenerante sensim & læte absumpta, ultimam
horam adventare lentiscens; ad mortem se præparans
navulum naturæ debitum mente hilari exsolvit, & animam
sanguine & corpore salvatoris pastam, Christi meritum
ingeminando ingemiscens; placide obdormiens 17. Cal.
Decemb. anni exacti, creatori suo reddidit.
Quam-
vis autem sanctissima Princeps nec præficiis conductis
nec laudum præconibus egeat; sed virtutes ejusdem in to-
to orbe Arctoo radiant & refulgeant; tamen & matre
sua orba Academia gratitudinem suam cum erga defun-
ctam nutritiam, tum erga maritum Illustrissimum Patro-
num potentissimum, parentando testari voluit.
Mu-
nus autem hoc parentandi ultro in se suscepit vir Clarif-
simus M. JOHANNES SIMONIUS in hac Academia
P. P. & Arcopagi Megapolitani Protonotarius, Collega
& affinis noster honorandus. Quod officium licet exiguum
non tamen Illustrissimis Principibus nostris ingratum
fore speramus. Crastinus itaq; dies illustribus exequijs pa-
rætationi iustorumq; matri nostræ debitorum exsolutioni
dictus cum sit: rogamus omnes Academiæ cives, quibus
gratæ mentis vel scintilla superest, ut frequentes in Au-
ditorio Majori hora 9. ad illum audiendum compareat,
defunctam nutritiam piè desceant, Provinciam hanc
& in ea vigentem Spiritus Sancti officinam Acade-
miam hanc DEO commendent; eundemq; animitus
rogent.

rogent, Hercules nostros Illustrissimos fratres Duces
Megapolitanos ADOLPHUM, FRIDERICUM &
JOANNEM ALBERTUM fratres inquam Tyndaridas
ceu Castorem & Pollucem Apotropæos, patronosq;
Clementissimos regat, gubernet, inter se uniat & con-
ciliet, in eorundem animis æmulum, inermem ac im-
bellem. Musarum cohortem juvandi studium exci-
ter, & nos sub eorundem alis tuto quiescere sinat.
P. P. Rostoch. 3. Jan. Anno M. DC. XVII.



SABETHAM, matrem nostram, quam
 mortuam nunc, quibus possumus hoc
 Illustrissimo Marito Principi ac Dor-
 tissimo dolorem acerbam, humili con-
 silio lenire non anniteremur. Fuit
 Domina **MARGARITA** Heroïna sa-
 terno quidem Suecico, paterno Germa-
 & Vandalorum Regum stemmate ori-
 sanguine, qui in sanctissima hac Prin-
 crevit, cum ætate succrevit, & Illu-
 eodem sanguine paterno Regio creta-
 tis illustribus quatuor propaginibus e-
 ut olearum adinstar fecundet, securi-
 pere cogitantes, avertat, sarmenta
 Regiæ hujus Megapolitanæ profapia-
 jus decrefc entis canescentis & propo-
 senectam, florentes conservet, sospitet
 stiter. Diva hæcce **MARGARI-
 pietatis, modestiæ, humilitatis, conti-
 niumq; adeo virtutum Heroïnam
 decorantium speculum dici meretur
 (ad omnia quam Paulus ait utilem)
 Regio suctâ, liberis illustribus instilla-
 lis fategit, eisq; prima religionis prin-
 exemplo raro, præscripsit. Helenæ
 & Placillæ Theodosij conjugis, im-
 eam æmulam merito quis dixerit. C-
 gis Aboriginum, nullius præter viri
 & Biliam Duellij conjugem spiritu
 quam maritali nunquam afflatam re-
 Amore conjugali nec Artemisif-
 Porciæ, nec Sulpiæ, nec Corneli-**

A 3



eximus,
 lequi, &
 clemen-
 testimo-
 functa,
 regio ma-
 ritarum
 e, creta,
 anabulis
 o marito
 , & edi-
 s Jehova
 os obre-
 palmites
 undi hu-
 extremam
 m super-
 is, depel-
 ordiæ, o-
 principem
 namq;
 m lacte
 unguicu-
 ia manu,
 marris;
 Rebecca,
 nam Re-
 tantem,
 li præter-
 archiæ, nec
 Concor-
 dia.